UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatus Aliqui De Examine Conscientiæ Generali Quotidiano Secundum Doctrinam S. P. N. Ignatii In Libello Exercitiorum

Palma, Luis de la

Coloniae, 1701

Ad Lectorem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-51909

Visual Library

AD
LECTOREM.

P*ater Ludovicus de Palma, natione Hiſpanus, patriâ Toletanus, præclari ingenii & præſtantiſſimæ prudentiæ vir, Libelli Exercitiorum commentator egregius, libros varios luci publicæ dedit linguâ vernaculâ: atque horum aliquos ad Declarationem clariorem Exercitiorum S. P. N. Ignatii. Nimirum* Praxim brevem Exercitiorum, *quæ Latinos etiam Typos ſubiit: & librum in quarto ſub hoc titulo,* Via ſpiritualis eo modo quo illam docet B. P. I-

gnatius in libro Exercitiorum. Pars prima. Compluti 1626. *Qui liber hactenus non niſi Hiſpanicè prodiit: promittitque Autor ibidem ejuſdem Viæ partem Secundam & Tertiam. Sed valetudine infirma affectus, & occupationibus graviſſimis diſtractus, (utpote Collegiorum plurium Rector, biſque Provinciæ Toletanæ adminiſtrator,) promiſſum ſolvere nequiit. Conſcripſit tamen Partis illius ſecundæ Tractatus aliquot. Horum non nullos, de Examine conſcientiæ generali quotidiano, tranſtuli in latinum: quos utiliores cenſebam, magiſque ad praxim aſſiduam facientes. Fruere, Lector, & ſecundum ſpiritum S. P. noſtri exercitium Examinis hujus inſtitue.*